

Alexander Dei Gratia Rex Polonia Magnus Dux  
Lithvanie, Russia, Prussiae Dominus et Haeres.  
Reverende in Christo Pater Nobis grate dilecte. Vivente Serenissimo  
olim Principe Domino Johanne Alberto Polonia Rege, germano  
et Praedecessore nostro charissimo, Bona Derschowa cum villis ad il-  
la pertinentibus, pecuniis sic directe fuerunt redempta, in finem et  
effectum, ut Castrum Marienburgense auxilio eorum tanto deveniens,  
provideri et conservari posset, quae bona ita exempta Johannes Konopau-  
ki Notarius Regiae Majestatis possidebat, rogamus propterea, qua-  
tenus eadem bona Nobis Paternitas Vestra dimittat, et in manus Ge-  
nerosi Petri Schafraniewicz Castellani Vislicensis, Capitanei etiam  
Marienburgensis resignet, et permittat quod quae in ipsis bonis habe-  
rentur juste descripta ab eodem recipiat, prout non dubitamus Pa-  
ternitatem Vestram secus non facturam. Datum Cracoviae Feria  
Secunda post Dominicam Palmarum. Anno Domini Millesimo  
Quingentesimo Secundo.

Dominus Rex  
per se

Reverendo in Christo Patri Domino  
Luce Episcopo Warmiensi sincere  
Nobis dilecto.

